

de Commissionibus quam de salarijs quam de alijs expensis prop-  
terea opportunis, quam etiam si apporteret de revocare Consilia,  
sit firmum sicut factum foret per Majus Consilium; et si con-  
silium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

[Pilosus, f. 12].

39.

1291, Novembre 27.

*Salario del Baiulo Signolo.*

Capta fait pars, quod Nobili viro *Marco Signolo* quandam  
Baiulo Jacie elongetur terminus suarum rationum per dies 22,  
occasione pecuniæ Communis. [Pilosus, f. 16].

40.

1291 (1292), Gennajo 12.

*Libertà d' andare in Armenia.*

Capta fuit pars, quod possit iri libere in Ciprum, in Armeniam  
et in illos partes de Ultra-mare ad quos potest iri quandocunque  
placet; et redditus sit sicut est ordinatum de redditu Caravane;  
sed non intelligatur quod possit redire ad tempus de nunc.

[Pilosus, f. 17].

41.

1291 (1292), Gennajo 22.

*Linea di navigazione per l'Armenia e Cipro.*

Capta, quod illi qui discedent de Armenia et Cipro et illis par-  
tibus cum mercationibus, possint inde descendere quandocunque  
voluerint et venire ad ybernandum usque Jadram, ubi voluerint,